Petrus <Lombardus>; Henricus <de Gorichem> [Comm.]: Sententiarum libri IV (cum conclusionibus Henrici de Gorichem et problematibus S. Thomae articulisque Parisiensibus)

[Freiburg i. Br.: Kilian Fischer], [ca. 1492] 



Sic ergo ꝯditor deus rōnales spūs varia sorte ꝑ arbitrio volūtatis sue disponens· illis quos in sua puritate relīquirat sursuz ī celo mansionem· illis vero quos corꝑibus terrenis sollicitauerat· deorsum in terra habitationē ꝯstituit vtrisqꝫ regulā imponēs obedientie· quatenus ⁊ illi a deo vbi erant nō caderent· ⁊ isti a deo vbi erant ad id vbi nō erant ascenderēt· Fecit itaqꝫ deꝰ hoīem ex duplici substantia· corpus de terra cōponens· aīam vero de nihilo faciens· Ideo etiā vnite sunt aīe corporibꝰ· vt in eis deo famulantes maiorez mereanť coronam·

¶ Post sacramentum trinitatis de creatura tripartita agendum est· ⁊ prius de digniori· i· angelica· l

## Ex premissis appa-

ret rōnalem creaturā in angelicam ⁊ humanam fuisse distinctam· quarū altera est tota spūalis· i· angelica· Altera ex ꝑte spūalis et ex ꝑte corporalis· i· hūana· Cum itaqꝫ de his tractandū sit· s· de spūali ⁊ corꝑali creatura· de rōnali ⁊ de nō rationali· Primo de rōnali ⁊ spūali· i· de angelis agendū videť· vt a contuitu creatoris ad cognitionem creature digniori ratio nr̄a intendat· deinde ad ꝯsiderationem corporee tam illiꝰ que est rōnalis quam illius que nō est rōnalis descendat· vt trinitatis increate sacr̄m tripartite creature eiusqꝫ ꝯcretorum atqꝫ contingentium sequatur documentum·

Hic incipit secundus liber sententiaruz· In quo postquam magister egit de rebus fruibilibꝰ .i. diuinis personis. agit de rebus vtilibus. s. creaturis. Et duo facit. Nam primo agit de creatione vniuersi ī generali. Secūdo de ꝑtibus eius in speciali. Primuz facit in prima distinctiōe. Secundū incipit facere in pr̄icipio secūde distinctōis ibi. De angelica itaqꝫ creatura. In prima ergo distinctione tria facit. Naz primo agit de exitu creaturaꝝ a suo principio. Secūdo de ordine eaꝝ ad finem. Tertio incidentaliť determinat quare anime humano corpori sunt vnite. Primum vsqꝫ ibi. Credamus ergo. Secūdū vsqꝫ ibi. Solet etiā queri. Tertium vsqꝫ ad finez distinctionis. Et tm̄ in generali. In speciali sententia mgr̄i stat in tribus ꝓpositionibꝰ. quaꝝ prima est hec. Deus in principio tēporis creauit celum ⁊ terram p̄ter sui mutationē. Hec ꝓpositio insinuat deum esse principiū creatiuū taz visibilium quam inuisibilium creaturaꝝ. Et probat eam magister ꝑ illud Gen̄. In principio creauit deus celum ⁊ terrā. Ex quo infert sanctum Moysen Platonis ⁊ Aristotelis interemisse errores. Naz plato tria pr̄icipia posuit fuisse ab eťno ⁊ increata. seu sine principio. s. deum exemplar ⁊ materiam primam. ⁊ ꝑ ꝯsequens nō posuit deum esse creatorem mūdi. sed opificem seu factorem. quod patet ex hoc quod nō ꝓduxisset mundum ex nihilo. Cū creare est aliquid ex nihilo facere. facere aūt est aliquid ex ꝓiacenti materia producere. Unde aliquis creationē mūdi credat in deo tēporalem ponere mutationem. Ideo dicit quod verba temporalia de deo dicta cuiusmodi sunt creare facere et agere ⁊ gubernare nullā significant seu ponūt in deo nouitatem seu mutationē. sed solū nouum effectū cōnotant circa creaturam. quare etiam operatio dei nō ꝓprie debet dici actus eo quod agens ꝑ eam nō agitatur seu moueť. immo sicut ex calore solis aliqua noua fiunt nulla facta mutatiōe in ipso calore. ita ex dei voluntate creature esse incipiunt sine ipsiꝰ dei immutatione. Et subdit Aristotelem etiā posuisse plura principia. s. materiam formam ⁊ principium efficiens. et tm̄ posuit mundū fuisse ab eťno. Hos oēs errores dicit magister ꝑ predictā autoritatē Gen̄. fore elisos.

Secunda ꝓpositio est hec. Deus non ꝓ sui sed pro ipsaꝝ vtilitate fecit specialiter rōnales creaturas ad ꝑticipanduz sue diuinitatis fruitionem. Hanc ꝓbās dicit quod causa creationis rerū est sola bonitas creatoris cōmunicare potens ⁊ volens ⁊ minui nō potens.

Tertia ꝓpositio est hec. Deus humanā animā corpori vniri voluit. nō solum vt ꝑ talem vnionem beatificam fruitionem sibi possibilē crederet. sed etiaz vt glorificationē sibi acquireret ꝑ anime in corꝑe exercitationē. Hanc ꝓpositionem ꝓbat ꝑ hoc quod assignat triplicem rōnem quare anima rōnalis corꝑi vnitur. Prima est. quia sic deo placuit fieri. Secūda est. quia hoc fieri ꝯuenit in signum future beatitudinis. vnio aūt spūs cum carne repñ̄sentat ⁊ ostendit esse possibilem quandā vnionē. s. deum vniri cum aīa humana. Tertia ratio quia anima corpori mortali vnita pōt ꝓficere ad maius meritum quam si sepata mansisset. His p̄missis ꝯcludit magister quod circa triplex genus nature in isto secundo libro sua intentio versať. s. circa creaturam spūalem corpori nō vnitam cuiusmodi est angelica. ⁊ circa spūalem corpori vnitaz cuiusmodi est anima rōnalis. ⁊ circa corpoream naturaz tantū. Et hec est sententia in speciali.

¶ Que ꝯsiderāda sūt de angelica natura· a

## De angelica ita DI·

d

que natura hec prima ꝯsideranda sunt quando creata fuerit ⁊ vbi ⁊ qualis facta sit dum p̄mum ꝯdereť· Deinde qualis effecta auersione quorundā ⁊ conuersione quorundā· De excellentia quoqꝫ ⁊ ordinibus ⁊ donorum differentia ⁊ de officijs ac nominibꝰ alijsqꝫ pluribꝰ aliqua dicenda sūt·

¶ Quando facti sunt angeli prius dicit in quo videntur sibi obuiare autoritates· b

## Quedam autorita-

tes videnť innuere quod ante omnē creaturaz creati sunt angeli· Unde illud· Primo omniū creata est sapiētia· quod intelligiť de angelica natura que in scriptura sepe vita· sapientia ⁊ lux diciť· Nam sapia illa que deꝰ est creata nō est· Filius enim sapientia patris est genita nō facta nec creata· ⁊ tota trinitas vna sapientia est· que nō facta nec creata est nec genita vel ꝓcedens· De angelica ergo vita illud accipiendum est· de qua dicit scriptura· quando

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-333/0136
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG